





IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Photographic Sciences Corporation

**23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503**

14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may
appear within the text. Whenever possible, these
have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata
slips, tissues, etc., have been refilmed to
ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement
obscurcies par un feuillett d'errata, une pelure,
etc., ont été filmées à nouveau de façon à
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
	/				

12X 16X 20X 24X 28X 32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

DIE XXVII MARTII

IN FESTO

S. JOANNIS DAMASCENI

CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

D U P L E X .

*Omnia de Comm. Conf. non
Pont. prater sequ. (m. t. V).*

In utrisque Vesp. ad Maguif. Ant. O Doctor.....
beate Joannes.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus
qui ad cultum sacrarum imaginum adserendum, beatum Joannem cælesti doctrina et admirabili spiritus fortitudine imbuisti: concede nobis ejus intercessione et exemplo; ut quorum colimus imagines, virtutes imitemur, et patrocinia sentiamus. Per Dominaum.

In I. Nocturno Lect. Sapientiam. de Comm. Doct.

In II. Nocturno.

LECTIO IV.

Joannes a patrio loco Damascenus dictus, nobili genere natus, humanis divinisque litteris a Cosma monacho Constantinopoli fuit exultus; cumque ea tempestate Imper-

rator Leo Isauricus nefario bello sacrarum Imaginum cultum insectaretur, Joannes hortatu Gregorii tertii Romani Pontificis, et sermone et scriptis sanctitatem illius cultus sedulo propugnavit. Quo facto tantam Leonis adversum se invidiam concitavit, ut hic conflictis litteris ipsum tamquam proditorem accusarit apud Damasci Caliphā, qui Joanne consiliario et administrō utebatur. Credulus fraudi Princeps Joanni nequidquam calumniam ejuranti prædici dexteram jussit. Verum innocentiae vindex adfuit clienti suo sanctissima Virgo, cuius opem precibus enixe imploraverat, ejusque beneficio trunca manus restituta ita brachio coaluit, ac si divisa nunquam fuisset. Quo maxime miraculo permotus Joannes, quod primè animo conceperat, exsequi statuit. Itaque ægre a Caliphā

imperato successu, suas omnes facultates in egenos distribuit, et servos libertate donavit: tum sacra Palæstinæ loca peregrinus lustravit, ac demum una cum Cosma institutore suo in Lauram sancti Sabbae prope Hierosolymam concessit, ibique presbyter initiatus est.

R. Honestum fecit.

LECTIO V.

In religiosæ vitæ palæstra præclariora virtutum exempla monachis præ uit, demissionis potissimum et obedientiæ. Abjectissima quæque cœnobii munia veluti sibi propria deposcebat ac sedulo obibat. Contextas a se sportulas venditare Damasci Jussus, in ea nimirum civitate ubi olim summis honoribus perfunctus fuerat, irrisiones ac ludibria vulgi avide captabat. Obedientiam adeo coluit, ut non modo ad quemlibet præsidum nutum præsto esset; sed ne causam quidem eorum quæ præcipiebantur, quamvis ardua essent et insolita, quærerendam sibi unquam putarit. Inter has virtutum exercitationes, catholicum dōma de sanctarum Imaginum cultu impense tueri nunquam destitit. Quare ut ante Leonis Isaurici, ita postmodum Constantini Copronymi adversum se odia vexa-

tionesque provocavit; eo vel magis quod libere arrogantiam Imperatorum retunderet, qui fidei negotia pertractare, deque his sententiam arbitratu suo ferre audebant.

R. Amavit.

LECTIO VI.

Mirum sane est quam multum ad fidem tutandam, tum ad pietatem fovendam, et soluta et adstricta numeris craticone, Joannes elucubraverit, dignus sane cui ab altera Nicæna Synodo amplissimis laudibus celebraretur, et ob aureum orationis flumen Chrysorrhoas appellaretur. Neque solum contra Iconomachos orthodoxam fidem defendit: sed omnes ferme hæreticos, præsertim Acephalos, Monothelitas, Theopaschitas strenuim impugnavit: Ecclesiæ jura potestatemque egregie vindicavit: primatum Principis Apostolorum disertissimis vrbis asseruit; ipsumque ecclesiarum columen, infractam petram, orbis terrarum magistrum et moderatorem saepius nominat. Universa autem ejus scripta non modo eruditione et doctrina præstant, sed etiam quandam ingeniose pietatis sensum præferrunt, præcipue cum Geneticis Dei laudes prædicat, quam singulari cultu et amore pro-

sequebatur. Illud vero maxime in laudem Joannis cedit, quod primus universam theologiam recto ordine comprehendenterit, et sancti Thomae viam complanaverit ad sacram doctrinam tam præclara methodo tractandam. Tandem vir sanctissimus meritis plenus devexaque jam ætate, in pace Christi quievit anno circiter septingentesimo quinquagesimo quarto. Ejus Officium et Missam Leo Decimus tertius Pontifex Maximus, addito Doctoris titulo, universæ Ecclesiæ concessit.

R. Iste homo.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII. Cap. 6.

In illo tempore: Factum est et in alio sabbato, ut intraret Jesus in synagogam, et doceret: et erat ibi homo, et manus ejus dextera erat arida. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysologi.

SERM. 32.

In hoc homine omnium hominum imago figuratur, in hoc geritur cura cunctorum, in hoc universorum sanitas diu expectata reparatur. Aruerat

enim manus hominis magis stupore fidei, quam siccitate nervorum, et plus culpa conscientiæ, quam debilitate carnali. Antiqua ista nimis erat, et quæ in ipso mundi principio contigerat ægritudo, nec arte hominis aut beneficio poterat hæc curari, quæ Dei fuerat indignatione contracta: tetigerat vetita, inconcessa præsumperat, cum se ad arborem sciendi bonum malumque posse rexerat: auctore indigebat, non qui malagma imponeret; sed qui possed illatam relaxare sententiam, et ignoscendo resolvere quod religaverat indinando.

R. Iste est qui.

LECTIO VIII.

In hoc homine nostræ tantum geritur umbra sanitatis; perfecta autem salus nobis reservatur in Christo: quia tunc ariditas nostræ manus miseranda dissolvitur, cum cruento perfunditur Dominicæ passionis, cum in illo vitali ligno crucis extenditur, cum carpit fructuosam de dolore virtutem, cum totam arborem salutis amplectitur, cum clavis Domini corpus affligitur, quo nunquam ad arborem concupiscentiæ et aridæ redeat voluptatis. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in

medium, professor debilitatis propriæ, supernæ pietatis ex-actor, testis divinæ virtutis, Judaicæ incredulitatis assessor, surge in medium, ut quos non compungit virtus tanta signorum, quos nou opera tantæ salutis inclinant, vel debilitatis tantæ miseratio constringat et mitiget.

R. In medio.

Lectio ix. de Homilia, et comm. Feriæ occurrentis in Laudibus in Quadragesima : alias erit.

LECTIO IX.

Dixit homini : Extende manus tuam ; et extendit, et

restituta est manus illius. Extende manum tuam : jussione solvitur, quæ fuerat jussione convicta. Extende manum tuam. Agnovit pœna judicem, opus Deum, indulgentia prodidit conditorem. Orate fratres, ut sola synagoga tali debilitate fuscetur, nec s.t in Ecclesia, cujus manum arefaciat cupiditas, contrahat avaritia, rapina debilitet, tenacitas ægrotam constringat ; sed si acciderit id ipsum, audiat Dominum et cito eam in opere pietatis extendat, relaxet et in misericordia, in eleemosynis porrigat. Sanari nescit qui nescit pauperi fœnerari.

Te Deum laudamus.

Imprimatur :

L. D. A. MARECHAL, V. G. Adm.

Marianopoli, die prima februarii 1891.

